

.xxi. ITEM ALIA IN DIE INITII .

/40v/ ROgo et ammoneo . uos fratres karissimi . ut in isto legitimo á sacratissimo tempore . quod de suo sancto ieiunio dominus consecrauit . exceptis dominicis diebus . nulus ex uobis prandere presumat . nisi forte ille quem ieiunare infirmitas non permittit . quia in aliis diebus ieiunare aut remedium aut premium est . In quadragesimo autem non ieiunare . peccatum est . Alio enim tempore qui ieiunat<sup>1</sup> . accipiet indulgentiam peccatorum . In quadragesima uero . qui potest ieiunare et non facit . patietur poenas . Unde etiam ipse caueat qui ieiunare non preualet . ut secretius sibi soli . aut si est alius infirmus cum illo in domo sua . preparat quod ei necessarium sit . et illos qui ieiunare preualent . ad prandium non inuitet . quia non ei oportet ut aliquem tunc sanum roget ad comedendum secum . [.ii.] Né sibi augeat etiam de alterius gula peccatum . Quia si hoc fecerit . non solum scit deus . sed etiam et homines sobrii possunt intelligere . illum non pro infirmitate ieiunare non posse . sed pro gula non uelle . Cum gemitu ergo et suspirio et animi dolore manducet . pro eo quod aliis ieiunantibus ille abstinere non potest . et pro eo quod ieiunare non potest . precuret amplius aelemosinas pauperibus erogare . Vt peccata quę non potest . ieiunando curare . possit aelemosinas dando redimere . Bonum est ergo fratres ieiunare . sed melius est elemosinam dare . si possibilitas non fuerit ieiunandi . Si autem quis utrumque potest . duo sunt bona . sed elemosina sola sufficit sine ieiunio . Ieiunium uero sine elemosina non sufficit .

/41r/ Unde dominus per prophetam hortatur et ammonet aelemosi  
nam fieri dicens . Hoc est ieiunium quod elegi . frange  
esurienti panem tuum . Considerate fratres . quia non dixit  
ut integrum daret . sed frange inquit hoc est dicere .  
ut etiamsi tanta tibi paupertas fuerit . ut non habeas  
nisi unum panem . ex ipso frangas et pauperibus tribuas .  
et aegenos uagosque inquit induc in domum tuam . [.iij.] Hoc  
uero significat . ut si aliquis ita pauper est ut non habeat  
unde tribuat cybum . etiam in uno angulo domus  
suę . peregrinis et aegenis uagisque saltem præparet  
lectulum . Quid nos ad haec dicturi sumus fratres? uel  
quam excusationem ante tribunal aeterni iudicis ha  
bebimus? qui amplas et spatiosas domus habemus .  
et uix aliquando dignamur excipere peregrinum .  
Non considerantes quod in omnibus peregrinis . christus susci  
pitur . sicut ipse dixit . Hospes fui . et suscepistis me . et  
quandiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis mihi  
fecistis . qui sunt autem fratres . alio loco demonstrat di  
cens . Quicumque fecerit uoluntatem patris mei qui in  
cęlis est . ipse meus frater . et soror et mater est . Ille autem qui  
non habet unde faciat aelemosinam . non pertimescat .  
sufficit ei uoluntas bona ; sed quis poterit se excu  
sare . cum etiam pro calice aque frigidę mercedem nobis  
dominus reddere promiserit? Et ideo frigide dixit . ne  
forte posset aliquis dicere . se uasculum ubi aquam  
cale faceret non habere . Omnia ergo compleuit . qui  
quod potuit fecit . quia uoluntas perfecta faciendi . re  
putabitur pro opere facti . sed tamen unusquisque consideret .  
/41v/ ut sic pauperi tribuat . Quomodo si ipse in tali neces  
sitate esset . sibi fieri uellet . Hec uero qui fecerit . noui  
et ueteris testamenti praecepta compleuit . implens

illud euangelicum . Omnia quęcumque uultis ut faciant  
uobis homines bona . Ita et uos facite illis similiter .  
Haec est enim lex ; et prophete . Ammonemus uos iterum  
fratres karissimi . ut in his sanctis diebus . non solum a concubinis .  
sed etiam a propriis uxoribus abstineatis . Et hoc  
etiam sciendum est . quia licet omni tempore proficit  
aelimosinis<sup>2</sup> facere . Praecipue tamen in his diebus  
secundum uires nostras amplius erogare debemus . Non  
enim est iustum in populo christiano<sup>3</sup> ad unum deum pertinen  
te . Alios inaebrari . et alios famis periculo puni  
ri . Dum nos et omnis populus unius domini serui sumus .  
et uno pretio redempti sumus . et si bene agimus .  
ad unum<sup>4</sup> beatitudinem pariter ueniamus . Cur ergo  
pauper tecum non accipit cybum . qui tecum acceptus  
est pariter regnum . quare non accipit ueterem  
tunicam tuam . qui tecum acceptus est in celo immor  
talitatis stolam . Quare pauper non meretur acci  
pere panem tuum . qui tecum similiter meruit accipe  
re baptismi sacramentum . Cur indignus est accipere  
reliquias cyborum tuorum . qui tecum uenturus est ad con  
uiuia angelorum . Haec ergo cogitantes fratres karissimi .  
hoc ammonemus . ut ad istos dies castitate nitidi .  
caritate splendidi . aelimosinis emundati . et bo  
nis operibus adornati . per christi adiutorium nos prepa  
remus . Et iracundiam et inuidiam et odium  
/42r/ omnemque malitiam . uelut uenenum de cordibus nostris  
respuamus . Ut postea cum fide recta et bona  
uoluntate . ad aecclesiam ueniamus . ad supplican  
dum deum pro peccatis nostris . et unusquisque homo  
studeat . ut sciat symbolum et orationem domini  
cam . et qui amplius non potest . saltim duabus

uicibus in die oret . Mane uidelicet et uespere . dicens  
symbolum primum . deinde dominicam orationem .  
et omnibus dominicis diebus et cunctis festiui  
tatibus praeclaris tam uespertinis uigiliis et matu  
tinis . quam et ad missas caelebrandas frequenter  
ueniatis . Et ibi dei uerba sollicite audiatis . orantes  
humiliter . cum puro corde et mundo corpore .  
Et hoc etiam cauendum est . ne cantica luxuriosa  
uel diabolica dicatis . neque quando ad aecclesiam  
conueniatis . neque in domibus uestris . Nec ullam dia  
bolicam culturam facere presumatis ; sed quando  
ad aecclesiam conueniatis . cum timore et silentio  
et summa reuerentia . intrate in domum dei . et ibi  
stantes nichil aliud faciatis . nisi orare tantum  
pro peccatis uestris . et laudare nomen domini . Uerba  
otiosa aut secularia . nolite ipsi ex ore uestro proferre .  
et eos qui proferre uoluerint castigate . Pacem cum omnibus  
custodite . et quos discordes agnoscitis . ad concor  
diam reuocate . Et quando ad aecclesiam conue  
nitis . Incensum cereolos et oleum et omnia queces  
saria<sup>5</sup> sunt ad inluminandum . in aecclesia ibidem date .  
quia dominus ait . non apparebis in conspectu meo  
/42v/ uacuuus . Confessiones uestras sacerdotibus confidite .  
et eos rogate . Ut pro peccatis uestris rogent deum ut  
indulgeat uobis . Oblationes per dies dominicos et pro  
uobis<sup>6</sup> et pro uestra familia deo offerte . et de ipsis postea  
secundum consilium sacerdotis communicate . Ante plu  
res tamen dies appropriis<sup>7</sup> uxoribus abstinentes .  
ut puro corde et casto corpore . secundum sacrificium  
accipere possitis . quia hoc dignum et acceptabi  
le est apud deum . Sciendum est ergo fratres karissimi .

quia sicut christiani fideles abluunt peccata sua .  
quę neglegenter agunt . per sacras oblationes et per  
aelimosinas<sup>8</sup> et per puram orationem . per ieiunium et ab  
stinentia et per bona opera . Ita et uos aliter debetis age  
re . In omnibus semper meditantes . pro quid nati estis  
in mundo? quid aliter . nisi ut semper benefaciatis . et si  
aliquid per ignorantiam uel stultitiam contra deum egistis .  
per bona opera hoc frequentius emendetis . et hoc uobis  
sollicite sit ad memoriam reducendo . ut in domibus  
uestris cum coniugibus propriis sic uiuatis . quomodo christiano  
debet . parentibus honores impendatis . et uos inuicem  
diligatis . Legem dei . filiis uestris per fidem catholicam cum  
summa disciplina deceatis<sup>9</sup> . Ut ipsi sciant et in  
telligant deum diligere et timere . et eius precepta  
seruare . et parentes honorare . quia hoc bene  
placitum est deo . Haec mandata in nobis implere  
saluator mundi dignetur . qui cum patre et spiritu sancto .  
uiuít et regnat . in secula seculorum . amen .

- <sup>1</sup> ieiunat] *corr. from ieiunar*  
<sup>2</sup> aelimosinis] *corr. by a later hand to aelimosinas*  
<sup>3</sup> christiano] *the o is written above an erasure*  
<sup>4</sup> unum] *corr. by a later hand to unam*  
<sup>5</sup> quęces/saria] *corr. by a later hand to quę necessaria*  
<sup>6</sup> uobis] *one or two letters erased between o and b*  
<sup>7</sup> appropriis] *sic pro a propriis*  
<sup>8</sup> aelimosinas] *corr. from aelimosinis*  
<sup>9</sup> deceatis] *corr. by a later hand to doceatis*